

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110

Exercitationes theologicae - Ettenheim-Münster 109 - index omnium in
univ. theol. 4 tomis distincta contentarum

Cartier, Gallus

[S.l.], [18. Jahrh.]

Exercitatio X.

[urn:nbn:de:bsz:31-111021](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-111021)

Exercitatio X.

170.

De necessitate gratiae actualis circa operationem boni honesti.

Ad Cap. 5. Sect. 1. §. 2. n. 153. Tract. 4. Tom. 2. Theol.

Quaestio hic principaliter movetur, an homo lapsus aliquod bonum opus morale naturalis ordinis facere queat absque speciali auxilio gratiae, quando quibus, saltem gravis, vixit tentatio? Quod priusquam expendamus, quaedam veniunt praesmittenda.

P. X.
p. 161

§. I.

171.

Quaedam litu necessaria praesmittuntur, ac praesupponuntur.

Supponitur itaque 1.° Hominem absque speciali Dei auxilio non posse aliquod bonum opus, quod ad salutem pertinet, perficere. Ita iam olim in variis Conciliis definitum est contra Pelagianos et Semi-pelagianos, ac novissime in Concilio Tridentino Sess. 6. Can. 3. his verbis: Si quis dixerit, hominem sine praeserviente Spiritus S. inspiratione, atque ejus adiutorio, credere, sperare, diligere, aut poenitere posse, p. anathema sit. Neque obstat, quod hominis sit preparare animam, Prov. 6. Nam istud S. Scripturae testimonium, sicut et quaedam alia huiusmodi commendant quidem liberam nostram voluntatem cum gratia cooperationem, neutiquam autem gratia praeservientis necessitatem exhibent. Id confirmat alio S. Scripturae testimonio laudatum Conc. Trid. cit. Sess. 2. §. 5. Ubi, Cum dicitur, inquit, Convertimini ad me, et ego convertar ad vos; libertatis nostrae admonemur. Cum respondemus: Convertite nos Domine ad te, et convertemur; Dei gratia nos praeserviri confitemur.

Suppon. 2.° Contra Jansenium; quod homo lapsus, seu in statu naturae lapsae constitutus absque fide exercere possit aliqua opera moraliter bona, nec poenite omnes infidelium actiones esse vitia et peccata. Ratio potissimum ducitur ex S. Scriptura, quae variis in locis refert aliqua infidelium opera fuisse remunerata à Deo: nam Exod. 1. habetur Deum remunerasse oblatrices Aegyptiacas ob beneficium Israeliticis populo ab eis propositum. Item Josue 2. et 6. Rahab servata est, eo quod gratiam exhibuisset exploratoribus Israelitarum. atque Deus non solet remunerare peccata, sed solum opera bona. Ergo p. Quarta Daniel 1. Nabuchodonosori consulit, ut peccata sua elemosynis redimeret. Porro si elemosynae hominis infidelis avertere poterant poenam temporalem, haec vera non erant peccata; peccata enim ipsam Dei provocant potius, quam mitigent. Caterum quando S. Augustinus dicit, omnia infidelium opera esse peccata, non virtutes; hoc idem asserit, quia ordinariè recto fine carent: nomine autem virtutis non intelligit opera ex objecto distant bona, sed solum quae talia sint ex fine supernaturali; seu intelligit virtutes, quae hominis salutem promoveant.

Suppon. 3.° Contra Michaëlem Bajum: Hominem absque habituali huiusmodi sanctificante gratia bonum aliquod opus morale ordinis non tantum naturalis, sed etiam supernaturalis, per gratiam

actualem perficere posse. Id clare vincitur ex eo, quod opera misericordiae, iustitiae, temperantiae, & etiam peccatoribus praecipitō naturali ac divinō praecipiantur. Ergo debent posse fieri absque peccatō; alioquin Lex divina praeciperet peccatō. Præterea fieri non possit, ut peccator se unquam ad justificationem preparare valeat, cum actus mala non sit preparatio ad justificationis beneficium. Et profectō clare id videtur improbare Conc. Trid. Sess. 6. can. 4. ubi anathema ei dicit, qui aperient omnia opera, quae antea justificationem fiunt, vera esse peccata.

Neque dicas ex Matth. 7. non posse arborem malam bonos fructus facere. Nam equidem hoc verum est de arbore mala, quia mala est, non verō de arbore quae dumtaxat mala est; Id est, peccator, qui est arbor mala, non potest quidem aliquid boni prestare, quatenus est peccator et agit ex malitiā; potest tamen quatenus lumine rationis et recti naturalis amore restrictus nonnihil boni moralis operari.

Suppon. 4^{to}. Hominem in statu naturae innocentis et integra potuisse quodlibet bonum ordinis naturalis, absque speciali auxilio gratiae, operari. Latis est; quia facultas libera et non impedita fieri potest in quodlibet objectum sibi proprium et proportionatum. Atqui in statu naturae innocentis facultas hominis seu virtus operativa liberissima erat, et nullatenus impedita. Ergo p.

Neque dicas ex Concilio Arianico II. can. 19. quod natura humana etiam si in illa integritate, in qua condita est, permaneret, nullo modo se ipsam, Creatore suo non adjuvante, servaret. Nam ibi consilium loquitur de bono supernaturalis ordinis, non verō naturalis, de quo tamen dumtaxat hic sermo est.

His ita praemis, iam disquirendum est, utrum ad quodlibet opus moraliter bonum naturalis etiam dumtaxat ordinis necessaria sit gratia Dei, ita ut infidelis nullum huiusmodi opus perficere possit, nisi divinitus adjuvetur; ac necesse sit eum peccare, si gratia fuerit destitutus. Affirmant inter Catholicos Doctores aliqui, negant alii communiter.

§. II.

Proponentur ac solvantur argumenta eorum, qui negant necessitatem gratiae ad quodlibet bonum opus morale, seu qui volunt hominem lapsum aliquid bonum opus morale naturalis ordinis facere posse absque speciali auxilio gratiae Dei.

Argumentum I^{um}. petitur ex S. Scriptura. Dicit enim Apostolus Rom. 2. Gentes, quae legem non habent, naturaliter ea, quae legis sunt, faciunt. Atqui facere naturaliter ea, quae legis sunt, est sine gratia speciali facere ea, quae sunt conformia rectae rationi, et consequenter moraliter bona. Ergo p.

Resp. ad. Locum illum Apostoli intelligendum esse de Gentibus ad fidem conversis, et per naturam gratiae reformatam operantibus, prout censuit S. Augustinus, cuius mentem S. Thomas pluribus locis, nominatim verō in Commentario ad hunc Apostoli locum approbavit. Dicuntur autem Gentes illae, tametsi conversae, legem non habere, vel quia nondum scripta erat lex Christi, vel quia eadem Christi lex potissimum in spiritu sita est, non in littera, quemadmodum lex Moysis. Præterea si locus iste intelligon-

XI
1119

z. Col.
p. 162.

K. + celebratum fuit
an. 529. sub Felice
Papā IV. contra
Semi-pelagianos,
quorum erant con-
phae Faustus Rejin-
sis Episcopus, Genna-
dus Presbyter Mafi-
liensis, Cyprianus,
Vincentius, dicentes
hominem propria
infirmitati veli-
tate posse propriis vi-
cibus gratiam Dei ad
se vocare. 172.

Dugest de infidelibus, tunc vox naturaliter non debet opponi gratia, sed Legi Judaica, ut sit sensus, Gentes etiam absque lege positiva Mosai- ca operata tamen hujusmodi legis perficere, non tamen absque gratia; ne in Pelagianismum recedamus.

Argumentum 2^{um} dicitur limitur ex Concilio Trid. Sess. 6. can. ubi sic defi- nit: Si quis dicat, hominem suis operibus, quae vel per huma- na natura vires, vel per legis doctrinam fiunt, absque divina per Jesum Christum gratia, posse justificari coram Deo, anathema sit. Ubi non obscure supponit Concilium, posse fieri aliqua opera bona per vires humanae naturae.

Resp. Ad. Ex hoc testimonio contra suam Sententiam nihil erui posse; siquidem ibi tantum definitur, quod opera quavis nihil ad jus- tificationem valeant, verum bona opera per solas naturae vires, vel per legis doctrinam fieri, Sancta Synodus nunquam dixit; cum et ipsum Sacrum timorem, qui est salutis initium, quique ante justi- ficationem haberi potest, donum Spiritus Sancti, nondum quidem inhabitantis, sed morantis esse discretissime definiat.

3. Col. p. 163.

Argumentum 3^{ium} nititur auctoritate Bullae Cui V. stab. 174 in qua damnantur sequentes propositiones Michaelis Bajii, nimirum 27^{ma} Liberum arbitrium sine gratia Dei adiutorio non nisi ad peccandum valet.

36^{ta} Cum Pelagius sentit, qui boni aliquid naturalis, hoc est, quod ex solis naturae viribus ortum ducit, agnoscit. 62^{da} Non nisi Pelagianis errore admitti potest usus aliquis liberi arbitrii bonus, siue non malus, et gratia Christi injuriam facit, qui ista sentit et docet. Ergo eadem damnatione comprehenditur Sententia Adversariorum; ut quid de- ceant, liberum arbitrium sine gratia per Christum non posse aliquod bonum virtutis acquisita opus elicere; siquidem cum illis propositionibus coincidit.

Resp. Ad. 1^o Hujusmodi propositiones damnatas fuisse, non ratione doctrinae, quam continent, sed ratione censura nimis- que verborum acerbis, qua aliorum opiniones etiam haeresis insinulare non dubitat Bajus.

Resp. 2^o Sensus Bajii fuisse, liberum arbitrium indigere gratia sanctificante, et charitate, ut bene agat, quod evidenter colligitur ex aliis ejus propositionibus in laudata Bulla recensitis, sicut Om- ne, quod agit peccator, vel servus peccati, peccatum est. Censet ergo Bajus, ad hoc, ut opus aliquod non sit peccatum, quod operans non sit peccator, seu quod habeat gratiam sanctificantem. Item, Distinctio duplicis justitiae; alterius, quae sit per Spiritum chari- tatis inhabitantem; alterius, quae sit ex inspiratione Spiritus Sancti, similiter rejicitur.

Vides, inquit, Bajum voluisse nul- lum dari opus bonum, nisi a gratia sanctificante profectum, si- quidem justitiam ab inspiratione Spiritus Sancti editam, ab inha- bitante distinctam rejicit.

Argumentum 4^{um} petitur ab auctoritate S. Augustini. 1^o qui- dem lib. de spir. et litt. c. 36. sic loquitur: Sicut non impediunt a vita aeterna justum quaedam peccata venialia, sine quibus vita haec

174

non dicitur, si ad salutem eternam nihil prosunt impio aliqua bona
opera, sine quibus vita uisibilis ~~prope~~ ~~difficillime~~ ~~passim~~ ~~difficili-~~
~~me~~ ~~inuenitur.~~ 2^o Paulus inferius subdit: Ipsi homines erant,
et vis illa natura inerat eis, qua legitimum aliquid anima rationalis
et sentit, et facit, et si non esset illa pietas, qua transfert in vitam
eternam. 3^o Lib. Hypognosticon. sic habetur: Esse fatemur
liberum arbitrium omnibus hominibus, habens quidem iudicium
rationis, non per quod sit idoneum, que ad Deum pertinent, id est,
que faciunt ad salutem, sine Deo inchoare, aut certe peragere; sed
tantum in operibus vite presentis tam bonis, quam etiam malis, bonis
dico, que de illis bonis natura oriuntur, p.

Quod si quis contendat hunc librum non esse S. Augustini, saltem con-
cedere debet illum esse insignis cuiusdam illius discipuli iuxta mentem et
ex ipsiusmet S. Augustini sententia confectum. Unde a S. Thoma et
communiter ab aliis Theologis tanquam Augustini partem admittitur.

Resp. illa. S. Augustinum non negasse opera ex officio bona, sed pa-
varum circumstantiarum maculis sordidata ab infidelibus fieri posse.
Opus autem ex integra causa bonum ab illis, et sine auxilio gratie
effici posse, nunquam dixit Augustinus; nec ex adductis locis suffi-
cienter probatur.

176. Argumentum 5^{um} sumitur ab auctoritate S. Thoma, i. 2. q. 109. a. 2.
in o. ubi sic ait: Quia tamen natura humana per peccatum non est
totaliter corrupta, ut scilicet toto bono natura privetur, potest
quidem etiam in statu natura corrupta per virtutem sua natura
aliquid bonum particulare agere. non tamen totum bonum
sibi connaturalis; ita quod in nullo deficiat: sicut homo infirmus
potest per se ipsum aliquem motum habere, non tamen perfecte
potest moveri motu hominis sani, nisi sanetur auxilio medicina.

Resp. ad S. Thomam hic loqui de operibus ex officio, seu ex objecto i-
viliter ac physice bonis, quod patet ex eo, quod pro exemplo offert op-
erationes artium, ut edificare domos, plantare vineas, p. que sine
speciali gratia adiutorio effici posse, nemo infirmus in poterit. At pra-
sens controversia versatur circa actiones moraliter bonas, quas
sine gratia auxilio fieri posse nunquam docuit S. Thomas, quoniam
potius cit. loc. expresse aperit, hominem in quolibet statu indiger-
e auxilio divino ad faciendum vel volendum quodcumque bonum.

177. Argumentum 6^{um} a ratione petitur. Qualibet creatura per
facultatem sua natura potest cum auxilio generali aliquem ac-
tum sua natura consentaneum elicere, v. g. Sol illuminare, ignis
calefacere, p. Ergo et homo per facultatem natura sua, mediante
concursum generali Dei, aliquem actum honestum et rationi con-
sonum elicere poterit. Cons. patet; quia alioquin homo deter-
rioris esset conditionis ceteris creaturis.

Resp. 1^o Hoc argumentum probatum in posse etiam voluntatem
absque Dei adiuvantis auxilio totam legem servare, cum hoc sit
valde consentaneum natura rationali. Atque hoc nimium pro-
bat. Ergo nihil probat.

Resp. 2^o Quod licet creatura rationalis pura et sana possit bo-
na opera cum solo generali concursum operari et efficere, ita-
men non possit debilis et infirma.

4. Col.
p. 164.

Proponuntur et solvuntur argumenta contra-
ria opinionis.

Argumentum; ^{num} petitur ex S. Scriptura. Johan. 15. dicit Christus: Sine me nihil potestis facere. 1. Cor. 4. sic loquitur Apostolus: Quid habes, quod non accepisti? 2. Cor. 3. idem Apostolus, Non, inquit, quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. p.

Resp. ad. Haec testimonia debere intelligi de opere bono ad salutem animae conducente.

Argumentum 2^{um} petitur ex Conciliis et SS. Patribus. In primis 179
in Concilio Diospolitano cogitur Belagius, ut fateatur, gratiam Dei
atque adiutorium etiam ad singulos actus dari. Arausianum II.
c. 9. dicit, Divini muneris esse, cum rectè cogitamus, p.

Innocentius I. Ep. 26. ad Concilium Milevitatum, quae est 93. apud Augusti-
num ait: Voluntatem nihil posse coelestibus auxiliis destitutam. Ca-
lestinus Papa Ep. 1. ad Episcopos Galiae c. 9. Ita Deus, inquit, in cordibus at-
que in ipso libero operatur arbitrio, ut sancta cogitatio pium consilium,
omnisque motus bona voluntatis ex Deo sit.

S. Ambrosius lib. 1. de virg. gent. c. 3. sic docet: Si Deus non operatur in
nobis, nullius possumus participes esse virtutis. S. Augustinus Serm.
13. ait: Provis si defuerit gratia, nihil boni agere poteris; ages quidem
illo non adjuvante libera voluntate, sed malè.

Resp. ad. Haec et similia aliorum Conciliorum et Patrum testimo-
nia, sicut prius ad Argumentum primum responderunt, nempe ea
intelligi debere de operibus bonis ad vitam aeternam conducentibus.
Aut, si contentas ea etiam subinde intelligenda esse de operibus bo-
nis ordinis duntaxat naturalis, tunc respondent nomine gratiae
significari auxilium seu concursum Dei generalem ad agendum
necessarium. In quo facile intelligitur, quod, quando Concilium

Arausianum can. 22. ait: Nemo habet de suo nisi mendacium
et peccatum, vel haec verba de suo intelligi debeant per exclusio-
nem concursus generalis; vel mendacium et peccatum improprie
usurpetur pro quovunque actu defectuoso ac insufficiente ad vi-
tam aeternam.

Argumentum 3^{ium} demittitur specialiter ab auctoritate S. Thomae. 180.

Hic S. Doctor q. 24. de verit. a. 14. quaerens, num liberum arbitrium
possit in bonum fieri sine gratia, sic concludit: Si gratiam Dei veli-
mus dicere non aliquod habituale donum, sed ipsam misericordiam Dei,
per quam interioris motum mentis operatur. . . . Sic nec ulla bonum
homo potest facere sine gratia Dei: sed communiter loquentes utun-
tur nomine gratiae pro aliquo dono habituali justificante.

Item 2:2. q. 106. a. 3. ad 2. sic ait: Bonum politicae virtutis, commea-
suratum est naturae humanae, et idè absque auxilio gratiae gratum
facientis, potest voluntas humana in illud tendere, licet non absque
auxilio gratiae Dei.

Resp. ad. ad utrumque testum. S. Thomam ibi per auxilium
gratiae Dei non intellexisse specialem gratiam non reducendam ad do-
num creationis, sed ipsum concursum Dei generalem, qui est gra-

celebratum an. 415.
Diospolis vobis Cales-
tina. illius Episco-
pus est subiectus
Patriarcha Jeroso-
lymitano.

S. Col.
p. 165.

tria communiter dicta ad bonum tamen creationis/partans; quia licet ad exigentiam causa secunda conferatur, gratis tamen ac sine meritis datur; S. Thomas enim interdum hoc sensu concursum generalem vocat gratiam Dei, ut in 2. dist. 28. q. 1. a. 1. ubi ait: Nihil boni potest homo facere sine gratia Dei, secundum quod intelligitur gratia ipse Deus gratis datus, eo quod ipse est principium omnis boni.

Dices. Nequit concursus Dei generalis misericordia remunerari, cum per misericordiam Dei intelligi soleat favor specialis. Ergo cum S. Thomas gratiam, quam ad omnem actum moraliter bonum necessariam exigit, misericordiam Dei appellat, palam fit per eam non concursum generalem, sed gratiam specialem intelligi debere.

Resp. neg. ant. Nam nomine misericordiae intelligi solent omnia omnino bona sive communia sive specialia, quae à gratuita manu Dei accipiuntur, iuxta illud 1. Cor. 24. Universa via Domini misericordia et veritas. Fratrum, cum per concursum Dei generalem, quae voluntas applicatur ad opus bonum morale, defectus potentialitatis ac indeterminatationis ad illud removeatur, recte potest talis concursus Dei misericordia remunerari; nam, ut ibidem innuit S. Thomas, misericordia pro re motione cujuscunque defectus accipi potest.

Argumentum 4^{um} patitur ex ratione à priori. Nullum bonum opus morale potest fieri ab homine in aliquo statu sine cogitatione congrua, siquidem haec est principium bona consultationis et deliberationis. Atque omnis congrua cogitatio est gratia; nam est indebita naturae humanae, aut ejus individui, aut mentis operum, sed tantum procedit ex Dei liberalitate, qui potuit disponere causas naturales ita, ut talis congrua cogitatio non laboraretur. Ergo ante opus honestum debet procedere aliqua Dei gratia.

Resp. aff. neg. min. Ad ejus probationem dicunt, quod licet congrua cogitatio de bono honesto omnibus humanae naturae individuis debita haberi sit, ipsi tamen naturae debeatur in aliquo saltem individuo. Val, ut aliis placeat, stia illa non sit debita semper, et debito necessario, ac proinde possit absque injuria denegari, debetur tamen aliquando, seu debito contingentia fabibili; nam, ut ait S. Thomas 2. cont. gent. c. 26. Hoc est necessitate alium debitum, quod ad ejus perfectionem requiritur. Et hoc sufficit, ut non sit vera gratia per Christum.

Just. 1^o Homo per peccatum originale inurit debitum cavendi omnia pia cogitatione. Ergo est indebita natura lapsa.

Resp. dist. ant. Inurit debitum cavendi omnia pia cogitatione ad salutem conducente, con. ad bonum honestum ac rationi consonum conducente, neg. ant. Quia hujusmodi cogitatio non est supra sed iuxta debitum proportionis naturae humanae, quamdiu ejus facultates non sunt cunctae.

Just. 2^o Non minus actus charitatis e.g. est proportionatus voluntati hominis justae, quam opus bonum morale est proportionatum voluntati hominis lapsi. Atque homini justo sibi licet per gratiam habituales non debetur cogitatio congrua supernaturalis, aut alia auxilia efficacia. Ergo similiter non debetur natura lapsa cogitatio congrua naturalis, non obstante ejus proportione.

Resp. neg. part. Disparitas est, quia cogitatio congrua supernaturalis efficacior, cum à causa naturali revertari nequeat, oportet, ut à Deo procedat tanquam ab agente particulari sive auctore gratiae; et sic rationem spe-

181.
6. Cor.
p. 166.

ialis habet beneficii. At cum cogitatio congrua naturalis influxum causarum naturalium non requirit, sed potius exigit; hinc fit, quod Deus non sit illius causa particularis sed universalis, ac proinde huiusmodi cogitatio natura humana, saltem vaga, debita sit.

Just. 3^o. Deus est etiam causa particularis auxiliorum supernaturalium sufficientium, cum ea à causis naturalibus non procedant; et tamen sunt debita homini iusto. Ergo à pari idem dicendum de auxiliis efficacibus.

Resp. neg. cons. Disparitas est; quia, hoc ipso, quod homo iustus per gratiam evectus sit ad ordinem supernaturalem, debet posse eliciere actus supernaturales, qui tamen elici nequeunt, nisi procedant pia cogitationes, puta illuminationes, inspirationes, ac similia auxilia sufficientia; non tamen est necesse, ut actu eliciat actus supernaturales, ac proinde ei non debentur auxilia efficacia.

Just. 4^o. Contra primam Solutionem. Voluntas hominis est indifferens ad bonum et ad malum. Ergo non magis postulat cogitationem ad opus bonum, quam ad malum.

Resp. licet homo indifferens sit ad bonum et ad malum, spectatur tamen secundum superiorem animae partem magis inclinatus ad bonum quam ad malum, quia secundum hanc partem apprehendit id, quod honestum est ac rationi conforme; et proinde sub hac consideratione magis exigit cogitationem ad opus bonum quam ad malum.

Argumentum 5^{um} demittitur ex ratione à posteriori. Utile est nobis orare 182.

ut postulare gratiam Dei ad singula opera moralia recte faciendae etiamnum faciliora. Unde Ecclesia orare docet: actiones nostras, quatenus Domine, aspirando perveni, p. Ergo ad illa faciendae necessarium est auxilium gratiae. Prob. cons. Quia ex utilitate orationis SS. Patres frequenter contra belagium inferebant necessitatem gratiae. Contraea nemo orat pro eo, quod per se ipsum adipisci potest. Ergo p.

7. Col. p. 167

Resp. Ad. 1^o. Euleriam quidem postulare gratiam pro singulis bonis operibus perficiendis, non tamen aliter, nisi quatenus conduunt ad finem supernaturalem.

Resp. 2^o. Deum merito obsecrandum esse pro donis naturalibus, ut v. g. pro acumine ingenii, pro intelligentia rerum etiam naturalium, pro operibus ac officiis recte rationi consonis, sicut Deum oramus pro pluvia, pro sanitate, p. illisque obtentis, gratias ei agimus; quia licet haec ad providentiam naturalem spectent, nec causarum naturalium vires eadem tamen in ipsorum colatione ac conservatione est aliqua fallibilitas et contingentia; nec debentur singulis individuis in quacunque occasione.

Just. Tantundem potuisset dicere Belagius, Nos videlicet utiliter orare ac gratias agere pro bonis operibus, etiam si solis naturae viribus elici possint; quia in illis omni occasione eliciendis est aliqua contingentia et fallibilitas.

Resp. neg. ant. Nam SS. Patres non collegunt necessitatem gratiae per Christum ex quacunque oratione, sed ex orationibus Ecclesiae, quas à medio toti dicebant, si in sola potestate nostra sit legem totam adimplere. atque ex orationibus Ecclesiae infertur necessitas gratiae per Christum; quia Ecclesia, ut iam dictum est, non orat pro beneficiis naturalibus, nisi quatenus conduunt ad ultimum finem nostrum, alioquin inordinate petunt; nam iuxta S. Thomam 2^o 2^o q. 83 a. 6. bona temporalia non possunt aliter peti, quam quatenus conduunt ad salutem animae.

Argumentum 6^{um} petitur ex aliis variis rationibus. Arguitur ita - 183.

que i^o. Bonum morale etiam naturalis ordinis vel fit per gratiam, vel per legem.
Atqui fieri non potest per legem, lex enim iam operatur; et, ubi non est lex,
neque pravaricatio, ait Apostolus Rom. 4. v. 15. Id ipsum passim docet S. Augustinus,
specialiter autem Serm. de verb. Apost. 163. c. 10. Ubi, ubi videtur, inquit, quod
valeat sine spiritu adjuvante littera jubere... virtus peccati lex: quia subin-
trauit lex, ut abundaret delictum. In id est, ut abundaret delictum: quia ubi
gratia non erat, auarit prohibitio desiderium; et cum quasi de propria pra-
sumitur virtute, factum est grande vitium.

Resp. Al. dist. min. Per legem impleri non potest omne et quodlibet opus
legis sine gratia, conc. nullum omnino opus legis, subdit. si sit ordinis super-
naturalis, conc. si sit tantum ordinis naturalis, neg. min. Ad prob. ex
Apostolo dist. lex iam operatur per accidens, conc. scilicet propter nos-
tram ignorantiam et breuitatem. Operatur per se, neg. alioquin male ab Apo-
stolo Rom. 7. lex nunquam operatur. Et sic proportionaliter respon-
dent ad alium ejusdem Apostoli textum. Ad auctoritatem ve-
ro S. Augustini dicunt, cum sit lex et ubi passim hoc unicum valde, scilicet
et quod absque gratia ne unum quidem legis preceptum observari possit, ut
oportet, ad vitam aeternam. At non negat quoniam aliquod legis naturalis pra-
ceptum ex honesto fine impleri possit absque gratia, ita, ut illa peccati reus
non sit, qui v. g. elemosinam ex misericordia porrigit indigenti, ex amore
naturali salutem amicum, ex quadam innata pietate parentes colit, Pa-
gistorum, Superiores, p. ex quadam a natura innata observantia veneratur.

Just. Si S. Augustinus conceperit vel unum opus legis fieri posse sine specia-
li gratia, argumentis suis adversus Pelagianos omnem efficaciam sustulisset.
Resp. Si conceperit vel unum opus legis ad salutem conducens
fieri posse absque gratia, tunc valeret instantia. At quia id nunquam con-
cepit, sic ea nullius est roboris.

Arguitur 2^o. Si aliquod opus honestum fieri possit sine auxilio gratiae, seque-
retur posse nos ex nobis habere aliquod meritum, quo saltem de congruo merea-
mur gratiam. Saluum cons. quia alioquin gratia non esset gratia. Ergo et
ant. Prob. h. q. maj. Valde congruum est, ut summus bonorum remunera-
tor ac largitor homini facienti quod in se est, vires ac auxilia gratiae legatur,
ut plus operari possit. Ergo p.

Resp. neg. h. q. maj. ad prob. dicunt, opera bona moralia ordinis duntaxat
naturalis non posse habere rationem meriti respectu alicujus doni ordinis super-
naturalis ob defectum proportionis, qui inter utrumque ordinem intercedit.
Dicitur ad meritum de congruo non requiritur proportio inter opus et premi-
um. Ergo gratis data est hac responsio.

Resp. licet non requiratur proportio aequalitatis, requiritur tamen pro-
portio congruitatis, seu talis valor operis, ut ratione illius remuneratio
conveniat prudenter moveri ad dandum premium. Atqui propter opus or-
dinis naturalis Deus non potest prudenter moveri, ut conferat dona super-
naturalia; quia inter se bona haec magis distant, quam diligens mora-
rum cupidum principis, et adoptio in eius filium: sicut igitur prin-
ceps prudenter non posset adoptare in filium famulum suum, qui se-
dulam eorum suorum adhibuisset diligentiam; sic a pari, p.

Just. Saltem ex gratitudine et morali quadam honestate debet De-
us dari bonis operibus naturalibus premium supernaturale; quia, ut
docet S. Thomas 2. 2. q. 106. a. 5. et 6. ad gratitudinem spectat excedere quan-
tatem et valorem obsequii.

Resp. ex Suarez lib. 12. de grat. c. 20. n. 12. unde non operari gratitudi-
nem; gratitudo enim solum videtur habere locum, ubi exhibetur ob-

sequium indubitum; Deo autem omnia multis titulis devincta sunt. Admissa tamen gratitudine: adhuc negari potest instantia; quia licet ad gratitudinem spectet beneficium seu obsequium superrogatorie remunerari, non tamen cum exceptu incomparabili; huiusmodi enim compensatio potius prodigaliter, quam gratitudinem sapit.

Arguitur 3^o Homo in statu natura lapsa gratia destitutus adeo infirmus est, ut pugnare nequeat cum sua concupiscentia; quod si uni resistit, alteri cedit, et unum peccatum non nisi alio peccato declinat. Ergo sine speciali gratia homo semper peccat.

Resp. 1^o neg. Suppos. scilicet, quod homo tentationibus continuis infestatur. namque fieri potest, imo ut plurimum fit, quod transeunte superiore agnoscit tentator dicens: ne ei aspurgas; quin potius ipsa ratio quaeque monet, ipsi exhibendam esse reverentiam; cur ergo tunc ei debitus honor absque gratia exhiberi non poterit? et si exhibeatur, nonne erit opus bonum morale ordinis naturalis tantum.

Resp. 2^o Dist. ant. Quando ardentior est concupiscentia, vel gravis urget tentatio, con. scias, neg. nam si natura lapsa huiusmodi levibus motibus resistere non valeat, non infirma duntaxat, sed omnino mortua et extincta manifestet. Ceterum falsum est hominem sine speciali gratia nullam, saltem gravi tentatione pulsatum unam cupiditatem et unum peccatum per aliud semper superare; sunt enim quaedam tentationes adeo leves, ut sola naturali cogitatione boni honesti facile repellantur, ut sunt tentationes contra conservationem propriae vite, ne veneremus parentes, ne ostendamus viam interroganti eam, p.

P. Y. p. 169.

Dices. Nihilominus S. Augustini haec est sententia lib. 3. cont. 2. Epist. Pelag. ubi, Quoniam, inquit, carnalis cupiditas, quae peccatum committitur potius vel augetur, cupiditate alia non sanatur.

Resp. S. Augustinum hic et alibi passim loqui de homine indurato et excoecato, qui utique tentationi etiamnum levi facile cedit. Valloquitur de eo, in quo ardentior fervet ac dominatur concupiscentia, quem ne quidem ut inimicam agnoscit.

Arguitur 4^o Qui operatur ex timore poenae non ex amore iustitiae, ex cupiditate, non ex charitate, ille peccat. Atque homo gratia destitutus operatur ex timore poenae, ex cupiditate, p. Ergo semper peccat. Maj. est S. Augustini multis in locis, ut lib. de natur. et grat. c. 87. n. 63. lib. de spirit. et litt. c. 8. n. 13. item Ep. 145. n. 4. et alibi. Minor vero in eodem S. Doctore prob. Nam in Enchirid. ad Laurent. c. 118. sic ait: Regnat carnalis cupiditas, ubi non est Dei charitas. Item lib. 2. de peccat. sumpt. c. 18. sic docet: Minus, si voluntas potest in medio quodam ita consistere, ut nec bona nec mala sit; aut enim iustitiam diligimus, et bona est... aut si omnino non diligimus, non bona est. Quis vero dubitet dicere, voluntatem nullo modo iustitiam diligentem non modo esse malam, sed etiam pessimam voluntatem?

Resp. Dist. maj. Qui agit ex timore poenae serviliter servili, ille peccat, con. Qui agit ex timore simpliciter servili, neg. maj. Dist. pariter hanc propositionem, Qui agit ex cupiditate actuali seu actu in opus influente, ille peccat, con. ex cupiditate duntaxat habituali in ipsum opus non influente, neg. Quando autem dicitur illud omne peccatum

esse, quod non fit in charitate, hoc absolute falsum est, ut constat ex dictis
S. I. contra Bajum. Cum vero S. Augustinus dicit, tantum quatenus
odisse peccatum, quantum amat justitiam, loquitur de odio perfecto,
quod ex amore perfecta seu sanctificantis justitia oritur: at non excludit
odium peccati ex hypernaturali timore poenarum conceptum. Cum tunc
tur poena, inquit Serm. 348. alias 214. de temp. c. i. quam si Deus punia-
tur, dicitur amari premium, quod pollicetur, ac sic per timorem poena
bona vita retinetur. In quo etiam placet, ab Augustino nuntiari
improbari timorem simpliciter servilem, sed solum serviliter servilem,
seu illum, qui affectum et voluntatem peccandi saltem actualem non
excludit.

Tandem dist. etiam hanc propositionem: Regnat carnalis cupiditas,
quoad habitum et ratione subiecti, ubi non est Dei charitas, con. Sem-
per etiam quoad actum, neg. propos. Fatendum est itaque nullum
dari medium in homine inter statum justitia aut injustitia seu pecca-
ti, quod sensu merito dicit Augustinus: Mirum, si possit voluntas in me-
dio consistere. Datur tamen medium quoad actum; non enim
omnis actus moralis est vel ex cupiditate actuali, vel ex charitate.

Dices. Omnis actus bonus est ex bona voluntate. Atqui bona vo-
luntas in phasi S. Augustini est charitas. Quasi vero, inquit lib.
de grat. ch. c. 21. n. 22. aliud sit bona voluntas, quam charitas.

Resp. dist. Bona voluntas supernaturalis, de qua ei sermo erat
contra Pelagianos, nihil aliud est, quam charitas, con. Omnis alia
bona voluntas, seu amor quilibet recti et honesti est charitas, neg.
vel gratis subdist. est charitas improprie dicta, trans. proprie talis,
neg.

Arguitur 5. Ad moralem bonitatem actuum humanorum necesse est,
ut in Deum referantur. Sed absque gratia in eum referri nequeunt.
Ergo p. Mag. imitatur precepto primo Decalogi, ac probatur a S.
Augustino, nam lib. 3. de moribus Ecclesie c. 8. sic ait: Ad id omnia
consilia nostra referenda, bonorum Summa Deus nobis est, p. Item
Serm. 33. alias 18. de diversis c. 4. n. 3. sic docet: Peccatum non solum
id est, quod in turpi, aut iniquo facto apparet hominibus, sed eti-
am si habeat speciem boni operis, et tamen propter mercedem tem-
poralem fiat, non propter requiem sempiternam. Quodlibet enim
quisque facit, si hoc facit, ut terrenum emolumentum consequatur,
serviliter facit.

Resp. Mandatum dilectionis Dei et relationis omnium nostrarum
actionum ad ipsum, esse affirmativum, quod proinde non semper
obligat.

Quantum ad auctoritatem S. Augustini, dicunt, eum locis citatis
damnare tanquam peccata actiones sine charitate factas, quan-
do nimirum ea tendunt in creaturam seu bonum temporale
velut in ultimum finem; vel damnat eas in sensu a Pelagia-
nis intento; volebant quippe isti per hujusmodi actiones vitam
homines promereri posse aeternam.

Præterea dicitur potest, nos positive obligari ad referendas
actiones nostras in Deum, in quantum scilicet tenemur sem-
per sub peccato agere ex motivo honesto, licet non teneamur bon-

2. Col.
p. 170.

per agere ex motivo charitatis proprie dicitur. bono, quod bene notandum est, cum ex motivo et fine honesto operamur, hoc ipso opus illud implicite ac virtualiter refertur in Deum, et hic consequitur bonitatem moralem. Dicitur. Si hoc lubiterit, sequeretur huiusmodi opus esse meritorium. falsum consequens. Ergo et antecedens.

Resp. Dist. seq. maj. Est meritorium premii Supernaturalis, neg. premii ordinis naturalis. conc. maj. Hoc quippe ad justitiam Dei spectare videtur, nihil boni relinqueret incompensatum.

Inst. Qualibet moralis actio vel fit ex amore Dei, vel ex amore mundi seu creaturae. Si primum, recta est, sed indiget gratia. Si secundum, mala est. Ergo p.

Resp. Dist. primam partem antecedentis: fit ex amore aut Supernaturali aut naturali, conc. Semper ex amore Supernaturali, neg. aut. et dist. ibius Req. Indiget gratia, si ex amore Dei explicito fiat, conc. Si ex implicito et naturali, neg. Dist. pariter alteram partem aut. Quod fit ex amore creaturae inordinato vitiosum est, conc. ordinato, neg. aut. Nam utique licet diligere amicum et proximum, p. affectu quodam naturali

§. IV.

184.

Declaratio circa utramque hanc Sententiam.

Prima Sententia huiusmodi in Scholis communior est, ita et Concilio Tridentino cit. Sess. 6. c. 1. necnon Bula Sixti V. conformior esse videtur; atque deo posteriori merito preferenda est. bono responsiones ad eius argumenta non sunt satis efficaces, nec penitus eorum vim frangunt. Nam

Contra Expositionem ad Argumentum innum. facti; quod licet bonis de Apostoli possit intelligi de Gentibus ad fidem conversis, atque non ista naturaliter explicari de natura per gratiam reformatam; attamen iuxta communem Patrum expositionem eidem Apostolo sit homo de Gentibus nondum ad fidem conversis, quam S. Augustinus etiam adoptat lib. de Spir. et litt. c. 27. et 28. eamque approbare videtur Sixtus V. damnans hanc propositionem 22. Baji: Cum Galogio sentiant, quia textum Apostoli ad Rom. 2. Gentes que legem non habent, p. intelligunt de Gentibus fidei gratiam non habentibus. Hae igitur expositione, que certe a nullo SS. Patrum velut falsa improbat, quin potius, ut iam dictum, communiter tanquam gemina ab us adstentur, manifeste sequitur, infideles naturaliter seu solis natura viribus aliquid boni etiam moralis efficere posse, quod non obscurè Christus infermet inquit Matth. 5. his verbis: Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne et Publicani hoc faciunt? et si salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? nonne et Ethnici hoc faciunt? Ubi supponitur, quod Ethnici habeant affectum bonum naturalem diligendi suos benefactores, et salutandi fratres suos et amicos.

Dicitur. Si vera sit haec testis Apostoli ad Rom. 2. expositio, sequitur, quod absque gratia possint adimpleri omnia Decalogi praecepta, cum haec ad

3. Col. p. 171.

277. 01

legem naturalem spectent, quae, ut dictum est, viribus naturae à gentilibus adimpleri potest. Salsum cons. Ergo et ant.

Resp. Expositionem hanc SS. Patrum, sicut et ipsum textum huius debere in sensu accommodato, ita videlicet, ut hunc efficiat sensum: Gentes propriis naturae viribus praecipua legis naturalis, facillima praesertim, multa urgente gravi necessitate tentatione adimplent. Non vero in sensu stricto, quasi nimirum omnia omnino praecipua sive facilia, sive difficilia, sive urgente tentatione, sive abiciente amore honesti ac recti, observari possint. Ex dictis namque constat, necessariam tunc esse Christi gratiam, praesertim si gravis urgeat tentatio.

185. Contra Responsionem ad Argumentum 2^{um} dicitur; quia, licet Concilium hoc. ut. circa bona opera per solas naturae vires facta nihil expresse definiat, videtur tamen palam supponere per solas naturae vires, nempe absque gratia Christi aliquos actus bonos effici posse; si enim opera naturalia, seu solis naturae viribus elicta peccaminosa sint, manifestum est neminem eis promereri posse justificationem. Superflua ergo esset Concilii Tridentini definitio, cum Concilia definire non debeant nisi ea, quae sunt obscura et controversa. Praeterea idem Concilium, ubi de necessitate gratiae loquitur, non absolute, sed cum limitatione dicit illam requiri, sicut ut homo credat, speret, p. si ut oportet ad salutem et justificationem, seff. 6. c. 3. Ergo sentit homines aliquos ea his actibus sine gratia efficere posse, licet non, sicut oportet, ad salutem.

186. Contra Responsionem ad Argumentum 3^{ium} est; quia quavis Bajus alibi docuerit liberum arbitrium indigere gratia sanctificante ad opus moraliter bonum; nihilominus tamen negari non potest, quin per illa verba: liberum arbitrium sine gratia Dei adiutorio non nisi ad peccandum valet, intelligatur gratia actualis, nam SS. Patres contra Pelagianos pro gratia actuali promissis usurpant Dei adiutorium. Unde, cum propositio non nisi in proprio sensu, quem verba expriment, damnari solcat, relinquatur, quod propositio haec etiam de gratia actuali intelligi debeat, ac etiam de ea intellectus fuerit à praedictis Summo Pontifice Pio V. Praeterea quis non videat, quod Bajus, cum dixit: Cum Pelagius sentit, qui boni aliquod naturalis, hoc est, quod ex naturae solis viribus ortum ducit, agnoscit, non solum gratiam habituales, verum etiam actuales, et quidem hanc vel maximè intellexit et existimavit necessariam ad omne opus bonum; Pelagianorum gratiam actuales potissimum negabant; Et tamen haec Baji propositio secundum totam suam latitudinem, et prout jacet, damnata est.

4. G.
10. 172.

Naque hic regeratur id, quod pro prima Responsione ad hoc Argumentum 3^{ium} datum est, scilicet propositionem hanc non ratione doctrinae, sed ratione censurae p. damnatam fuisse: nam contra est, quod Lepius aliique graves Doctores censent praedictam Baji propositionem etiam ratione doctrinae reprobatae fuisse. Praeterea sic quoque possent quinque propositiones Jansenii defendi, necnon multa alia Conciliorum ac Summorum Pontificum definitiones eludi possent.

187. Contra Responsionem ad Argumentum 4^{tum} est; quia bonum est integrum causa, malum vero ex quolibet defectu. Si igitur opera illa ab infidelibus facta mutilata essent malo fine pariterque cir-

cumstantis, tunc simpliciter sunt mala; adeoque mala à S. Augustino bona opera nunquam parantur. Gratia cum dicit, quod anima rationalis ex innotata vi aliquid legitimi facere possit, etsi non sit illa pietas, qua transfert in vitam eternam, hoc ipso docet, quod homo aliquid legitimi seu boni ordinis naturalis efficere queat, ac quod in ipso sit aut esse possit quaedam pietas, licet alioquin sit destitutus gratia. Atqui hoc esset falsum, si huiusmodi hominis opera semper malo fine depravarentur; talis enim pietas finis tota pietatem, qua ex amore honesti ac veri dimanat, tota et legitimationem operis. Bona infidèles aliqua bona fecisse operantur non solum talia ex officio, sed etiam ex fine honesto, seu ex amore veri, et lit. Ubi postquam ostendit ejuismodi homines aliqua bona opera perficere, huius rationem reddit his verbis: quia non usque adeo in humana anima imago Dei terrenorum affectuum labo detrita est, ut nulla in ea velut lineamenta remanserint. Quod clarius.

Contra responsionem ad Argumentum 6^{um} ab Auctoritate S. Tho-
ma desumptum fuit 1^o quia cum hic S. Doctor in exemplum adducit
physicas actionum operationes, non excludit, immo supponit operationes
morales; tum quia loquitur de homine, qui, ut oportet, et quando oportet,
hujusmodi operationes peragat atque adeo conformiter ad rectam
rationem, in qua conformitate consistit moralitas actionum; tum
quia loquitur de eodem bono respectu natura lapsa, ac natura integra
et innocentis. Et bonum istud morale est. Tum denique, quia de istis
memoratis operationibus loquitur prout fiunt ex deliberatione; pa-
lam autem est, iuxta mentem S. Thomae nullum dari opus deliberate
factum, quod in individuo neque moraliter bonum, neque moraliter ma-
lum sit seu indifferens ad bonitatem vel malitiam moralem.

Contra est 2^o quia S. Thomas q. 24. de verit. art. 14. ubi quaerit, an
liberum arbitrium possit in bonum fieri sine gratia: et respondet negati-
vè, si illud sit supra naturam; sic vero, si sit natura proportiona-
tum. Id est autem bonum, inquit, quod est natura humana propor-
tionatum, potest homo per liberum arbitrium explere. postea affert
exemplum eleemosynae, quam nemo dubitat esse opus moraliter bonum
et non tantum civiliter aut physice tale, sicque ait: Actus iste, qui est
dare eleemosynam est bonum proportionatum viribus humanis, se-
cundum quod ex quadam naturali dilectione vel benignitate homo
ad hoc movetur. Caterum quando dicit hominem semper indigere
auxilio divino, p. loquitur de concursu Dei generali.

Tandem contra responsionem primam ad Argumentum 6^{um} est, 189.
quod servare totam legem non sit consentaneum ac proportionatum nisi
natura integra, non vero natura per peccatum infirmata. Unde vides
sectum istud argumentum haud minus probare. Fovè quod
servare totam legem non sit proportionatum viribus naturae infirmae
ac per peccatum debilitatae exinde liquet; quia ad observantiam totius
legis non solum actus valde difficiles et heroici debent elici, verum eti-
am eam solent comitari graves tentationes, ad quas superandas impar
esse videtur natura ad malum prona, et ex se se ad sensibilia pro-
mens. Unde ad id indiget gratia Christi.

Contra respons. 2^{am} dicitur est 1^o quia sic sequeretur liberum

S. Col.
p. 173.

arbitrium ad operandum bonum non solum primi peccati granditate
attenuatum ac infirmatum esse, verum etiam omnino extinctum, ut po-
te non nisi ad peccandum valens, quod tamen ab Ecclesia damnatum
est. Contra est 2^o quia homo in Statu naturali lapsa habet
eandem facultates, eundem modum operandi, et eandem vires, quas
habuisset in Statu naturae purae, ut communiter docent Doctores.
Atque in Statu naturae purae potuisset alioquin opus bonum mora-
liter absque gratia. Ergo etiam id poterit in Statu naturae lapsae.

Exercitatio XI.

190.

De gratia Sufficienti

Ad Cap. lect. 2. Trait. 4. Tom. 2. Theol. Univers.
n. 186. et seq.

Gratia Sufficientis vi nominis est ea, quae Sufficit ad opus bonum,
vni vero, seu in sensu Theologico, et prout distinguitur ab efficaci,
gratia Sufficientis ea dicitur, quae dat posse operari.
Circa Gratiam Sufficientem nonnulla hic veniunt in questionem,
praecipua tamen difficultas in hoc versatur, an Deus omnibus omnino homi-
nibus gratiam Sufficientem in ordine ad eorum salutem largiatur: put
enim graves Theologi, inter quos etiam recensentur Bellarminus
ac Cajetanus, qui docent, non omnibus semper concedi auxilia suf-
ficientia. An id convenienter operatur modo est elucidan-
dum. Breviter tamen ad huius questionis plenioram notitiam qua-
dam de divisione Gratiae in Sufficientem et efficacem hinc pra-
mittenda.

191.

S. I.

Utrum gratia actualis convenienter dividatur
in Sufficientem et efficacem.

Not. 1^o Gratia Sufficientis sumi potest vel ad mentem Molinistarum,
vel ad mentem Thomistarum: priori modo sumta dicitur Aux-
ilium, propter quod ex parte Dei alio opus non est homini, ut actu ope-
retur, sed, quod in idem redit, cujus usus vel abusus, ut nempe sit effi-
cax vel inefficax omnino pendet à libero voluntatis arbitrio. Se-
cundo modo sumta dicitur Auxilium, quod ita tribuit posse, ut ta-
men homini alio ex parte Dei opus sit ad actu operandum; sed, quocum-
que potest homo bene operari, nunquam tamen bene operatur, nisi novum
ex parte Dei auerdat efficacem physicam promovens auxilium.

Not. 2^o Gratia efficax ea est, quae infallibiliter infert consentium,
seu quae infallibiliter connectitur cum operatione, et ut ait S. Au-
gustinus lib. de praedest. S. c. 9. quae à nullo corde respicitur, idcirco quip-
pe tribuitur, ut dentia cordis penitus auferatur. His ita praestatis

Dicimus concedendam esse partitionem auxilii specialis in Suf-
ficientis et efficaci. Ita communis Theologorum contra Calvinum et Jan-
senium docentes in Statu naturae lapsae omnem gratiam esse effica-
cem. Item etiam contra Pelagianos, qui à contrario existima-
bant ipsum liberum arbitrium esse Sufficientis auxilium ad salutem.

Prob. 1^o De Gratia Sufficienti, ex illo Stat. S. Quid est, quod datur

6. Col.
p. 174.